

Ms. pp.

203

# INDEX MATERIARUM

**De** **A.** pag.  
 Abrogatione Legum. i.  
 Edificijs privatis. 97.  
 non Appellandi priv. 445.

**B.**  
 Bello Svecico Discurſus  
 jūridico-Politicus 5ii.

**C.**  
 Censu redimibili & irre-  
 dimibili - - - 235.  
 Colorib⁹ jūris. - 43.  
 Collectis. - 697.  
 Canonum errores. 723.  
 Conf. libro realib⁹ 224.  
 Contestatioē litis. 417.  
 Competenti foro 393.  
 Compensatiōnib⁹ 527.

**D.**  
 Discurſus jūridico-Politicus  
 de bello Svecico. 5ii.  
 Differentijs jūris communis et Sax. p. 555.

**De** **E.** pag.  
 Expeditoria præteritum  
 successione titularia. 185.  
 Errores Canonum. 723.  
  
**F.**  
 Feudalium ex successio-  
 ne titularia. 185.  
 Fidejūsorib⁹. - 269.  
 Foro competenti 393.  
 Fasciculus errorum Thalmudi 723.  
  
**G.**  
 Gerade successione titu-  
 laria. 185.

**J.**  
 jure non appellandi. 445.  
 jūris colorib⁹. 43.  
 in integrum ceditib⁹. 295.  
 jūris communis Sax. differ. 555.  
  
 Legum abrogacē. i.  
 Legitimatione. 57.  
 Litis contestatione. 417.

Labor Hyemalis juridicus primus  
sive  
**DE FORO COMPETENTI**  
**DISPUTATIO PRIOR**

Tractans:  
**DE FORO REGULARI**  
*Quam*  
**DEO clementer annuente**

ET

Permissu Magnifici Jureconsultorum, in inclita  
Regiomontana Borussorum Academia, ordinis.


SUB PRÆSIDIO  
**Dn. HENNINGI VVEGNERI,**  
U.J.D. ac Professoris primarii, præ-  
ceptoris ac fautoris sui pl. honorandi  
Publicè examinandam proponit  
**Bartholomäus Drachstedt**  
Hall. Sax.

ad diem 28. S. N. Mens. April.  
in Auditorio solenni.

OS(:+:)S

REGIOMONTI,  
Typis Osterbergerianis, Anno 1623.

13393.



GENERO SIS NOBILIBVS *arg*  
CONSULTISSIMIS VIRIS

Dn. ANTONIO SVVETZ-  
KOVVSKY, Serenissimæ ANNÆ  
Infantis Sueciæ &c. Secretario, he-  
reditario in Siveckaw & Selnaw.

Dn. CHRISTOPHORO *Zobel*/  
Consistorii Pomesaniensis in Du-  
catu Prussiæ Assessori.

Dn. FRIDERICO ROOCHS.  
Dn. MARTINO BRAUNHARD.

Dominis Fautoribus, Pro-  
motoribus & Amicis sum-  
mà observantia colendis  
*offert*

Bartholomæus Drachstedt  
Hall. Sax. A. & R.



## DE FORO COMPETENTI.

I.

**F**orum à fando (feu ut habet Wesemb. in *w.C.de jurisd.omn.Iud.n.1.* à fundo) vel Foroneo Rege, qui primus Græcis leges tulit, derivatur in *c.forus X.de Verb.Signif.* Rectius secundum Varronem *lib.4.de ling.latin.* à ferendo. Azo in *summ.C.d.b.t. VVesemb.in w.d.loc. Hillig.Donell.enucl.lib.17.cap.9. lit.a.* Rittershus. *Novell.part.9.cap.10.n.3.* quia omnis generis negotia dijudicanda in illud ipsum feruntur & deducuntur.

II.

Nobis hīc dicitur ille locus vel sedes ubi judex permittente ita lege vel consuetudine de controversia inter litigantes cognoscit & jus reddit. Confer Rittershus. *d.loc.n.4. Emeric. à Rosbach. process.civil.tit.3.n.1.2. VVesemb. in w.C. d.tit.n.1. & 3. Hillig. d.loc.* Adeoque differt à territorio, ut quod locus est universalis. *l.pupillus 239.5.territorium.8.ibid. Gœdd. n. 1. & Cl.Dn. VVegner. Præcept. & fautor meus pl.colen. n.7. & seqq.ff.de Verb.Sign.* in quo plerumq; peculiaris assignatur Magistratui quo jus dicat, isq; forūm appellatur. *vid. l.penult.ff.d.Iust. & jur.Hillig.d.cap.9.lit.D. in fin.*

III.

Et intelligimus forum competens, quod vocabulum communiter ad differentiam incompetentis adjicitur. *l. cum rubr. C.de jurisd.omn.jud. & for.comp.rubr. C.si à non comp. rubr.causs. et quæst. i. rubr. X.de for.comp. in 6. & clement. quamvis, si penitus introspicatur, nullum propriè sit forūm incompetens, cùm verba sint intelligenda cum effetu: Nulla verò controversia in tale forum deduci possit ita ut effetus aliquando sequatur. arg.l.1.5.hæc a.verba:ff. Quod quisq;*

A 2

jur.

jur. l. rei capitalis. 2. §. 2. ff. de pæn. Zanger. de except. part. 2.  
cap. 1. n. 1. Farinac. prax. erim. de inquisit. quest. 7. in princ. Vant.  
de nullit. tit. ex defect. juris d. Bocer. class. 6. disp. 2. thes. 38. confer  
Gail. 1. obs. 42. n. 8. & seqq: Myns. 4. obs. 63. n. 4. Reinling. de re-  
gim; sec. & Eccles; lib. 2. class. 2. cap. 17. n. 1. & 2. Kosbach. d. tit. 3. n.  
55. Quæ cum ita sint, veritati magis quam opinioni tribu-  
endum. c. nuper. X. de Bigam. non ordin. l. pro emtore 2. §. si à pu-  
pillo 15. ff. pro emto. l. fin. ff. expilat. hered.

I V.

Dividitur porrò in Ecclesiasticum & seculare. Illud est  
in quo caussæ clericorum & spirituales regulariter tractan-  
tur. arg. c. 1. & 2. X. de for. comp. c. nemo. 1. cum aliquot seqq: &  
pervenit. causs: 11. quest. 1. Gloss: Landfr. lib. 1. art. 59 & lib. 3. art. 3.  
& art. 87. utrobiq. gloss. text. & gloss: Weichb. art. 28. Cl. Dn.  
VVegner, &c. tract: de appellat. manuscript. cap. 13. part. 4. pro  
informatione emnino videndus. iis præsertim in locis, ubi Re-  
ligio pontificia adhuc viget, tam criminales quam civiles.  
c. Clerici. c. cum non ab homine. X. de judic. c. seculares de for. comp.  
in 6. l. omnes 33. cum autb. statuimus. C de Episc & Cleric. Gail. 1.  
obs. 37. n. 1. & 1. de P. P. 1. n. 17. Myns. cent. 2. obs. 67. in princ. Ma-  
raut. ord. jud. pars. 4. distinct. 11. n. 2. Everhard. in top. à verisimil.  
n. 9. in fin. Borcholt. de feud. cap. 10. n. 22. Fachin. 12. contr. 43.  
Kosbach. process. civ. tit. 3. n. 15.

V.

Idq. adeò vetum est, ut sententia à Laico in Clericum  
lata sit ipso jure nulla. Myns. cent. 5. obs. 93. n. 5. Capell. Tho-  
los. decis. 165. Et quamvis puniendus tradatur curiæ seculari,  
nihilominus antea degradari debeat. Everhard. à milit. ar-  
mæ. ad cœlest. n. ult. vers. scias autem. Fachin. 9. contr. 29. Maran.  
d. distinct. 11. n. 71. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 88.

V I.

Ecclesiasticum itaq. non dicitur in quo caussæ laicorum  
seculares à Judice Ecclesiastico judicantur, quam potesta-  
tem

395.

rem politicam Pontifex summus, in Italia præserium, ex  
Constantini Papæ Sylvestro facta donatione facta & com-  
mentitia. gloss. Landr. lib. 3. art. 63. Hotoman. 1. amicabil. resp.  
1. Everhard: à verisim: n. 15. & seqq. Reinking de reg. sec. & Ec-  
cles. lib. 1. class. 2. cap. 7. à n. 33. ad fin. Liebenhal politie. exercit. 7.  
quest: 7. Ritterhus: novell. part. 1. cap. 3. n. 12. ad fin. Dissent. c.  
Constantinus. distinct. 96. c. fundamenta. d. elect. in 6. Fachin. s.  
contr. 1. Et post cum pleriq. Germaniæ Episcopi ex Impera-  
toris infeudatione, & sic à potestate politica sibi sumunt.  
Sleidan: lib. 1. vers. dum hæc more Scholastico pag. (mibi) 18.

VII.

Quisquis verò sub prætextu regiminis Ecclesiastici ad  
se trahit, agit contra expressum DEI verbum, Principes  
gentium dominantur, vos autem non sic. Matth: 20. vers. 25.  
Marc: 10. vers. 42. Luc: 22. vers. 25. Rom: 13. vers. 1. & seqq. & fri-  
volâ petitione principii Anabaptistarum, ministros Eccle-  
siæ jure gladii, etiam si nullum Apostoli usurpandæ jurisdic-  
tionis mandatum habuerint, uti posse assertentium, Sleidan.  
lib. 10. pag. (mibi) 274. niti videtur.

VIII.

Unde Theologi nostrates, demâ hâc jurisdictione po-  
liticâ, unâ cum iunctis sibi sureconsultis de causis spiritua-  
libus & aliis quibusdam mixtis, juramenti nempe. Const. E-  
lect. August. 36. part. 2. Fachin: 3. contr. 13. Matrimonii, Reinking  
lib. 3. class. 1. cap. 10 n. 11. Hilliger. lib. 17. cap. 10. lit. Cc. &c. in  
Consistoriis, ex Magistratus politici concessione, saltem co-  
gnoscunt. Patres enim & Magistri Regum & Principum  
omniumq. Christi fidelium censentur. c. quis dubiter. distinct.  
96. non verò Reges ipsi sunt aut Principes.

IX.

Rectissimè itaq. fecit B. Lutherus, dum Leonem X. Pa-  
pam monet, ut sibi ab adulatoribus caveat, eorumq. voces  
tanquam Sirenum blandicias atq. scopulos aure surdâ præ-

ternaviget, qui divinitatem ipsi tribuant, & totius orbis  
Monarcham esse prædicent. Sleidan, lib. 2. in pr. pag. (mibi) 34  
Atqui hinc textus Landfr. lib. 1. art. 1. ubi Imperator Pontifici  
equum concorrenti sellam tenere jubetur, tanquam impi-  
us & iniquissimus merito rejicitur, si capitur ad literam,  
secularem enim potestatem spirituali subservire ad boni  
spiritualis decentem promotionem laudabile & Christia-  
num est. vid. hanc jurisdictionem clericalem eleganter &  
plene refutantem Hillig, lib. 17. cap. 10. lit. X. II.

X.

Et procedit amplius prædicta regula, ut Clericus in-  
laicum l. nec compromittere, c. si diligenter. X. de for. comp. c.  
Clerici X. de jud. Mynf. 2. obs. 67. n. 2. Gail. 1. obs. 37. n. 2. Gœdd.  
ad princ. l. 3. n. 45. in fin. de V. S. ubi tamen hanc ampliationem  
de jure Canonico, non item civili, veram dicit, per l. si quis.  
51. C. de Episc. & Cler. l. penult. C de paci. Verius dicendum has  
leges hodie ita correctas, ut hac in re jus Pontificium civili  
prævaleat: vid. Gothofr. in not. ad d. l. si quis. Rittershus. novell.  
part. 9. cap. 10. n. 78. Gail. 1. obs. 40. n. 2. quem adde.

X I.

Nec II. eius jurisdictionem prorogare possit. c. si dilige-  
nenter. c. significasti X. de for. comp. Borcholt. de feud. cap. 10. n. 35.  
Gail. 1. obs. 40. n. 7. & obs. 37. n. 1. & l. de P. P. l. n. 17. Marant. de  
ord. jud. part. 4. distinct. 12 n. 24. Rosbach. tit. 3. n. 27. Capell.  
Tholos. decis. 126. Dn. Hunn. in resolut. part. 1. disp. 12. thes. 10.  
quæst. 42. Fachin. 1. 2. contr. 43. vers. prioris sententiae. junge Rite-  
tershus. d. n. 78. Gœdd. de sequestr. poss. cap. 1. n. 44. pag. (mibi) 70.  
Gothofr. Anton. disp. feudal. 1. 4. thes. 5. lit. B.

X II.

Notabiliter tamen limitatur. l. in actione reali. c. sanct.  
X. de for. compet. arg. l. final. C. ubi in rem act. Preisch Landfr.  
lib. 1 tit. 10. §. 12. quia hoc casu non tam persona quam ipsa  
res in judicium deduci videtur. arg. l. sed & loci. 4. §. si alter. 5.  
ff. fin.

396.

ff. fin. regund. arg. l. liberto. 31. 5. final. ff. Negot. gest. Mynd. cent. 40  
obs. 9 s. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 93. Hillig. lib. 17. cap. 17  
lit. A. Colleg. Argent. Just. Meyer. lib. 5. iii. 1. n. 234. Et ita in  
Camera pronunciatum testatur idem Mynd. cent. 1. obs. 22. n.  
2. Gail. 1. obs. 37. n. 4. Dissent. Marant. part. 4. jud. distinct. 11. n. 2.  
in fin.

### XIII.

Sublimita tamen hanc limitationem primam ut pro-  
cedat, nisi privilegio singulari & res ipsa ratione personarum  
exempta sit. d.c. sanè X. de for. compet. Qualiter in hac Acade-  
mia omni Magistratui interdictum, der Universitet Ver-  
wandten Güter oder Leibe nicht zu beschweren / sondern was man  
gegen ihrer einen zu thun hat / solches ordentlich vor ihrem Rector  
oder hohen Obrigkeit zu suchen; & specialius, daß alle Professo-  
res vnd der Universitet Verwandten Häuser / in welcher Städte  
oder Vorstadt sie gelegen / befreyet seyn / darinn kein Stadtknecht  
mit gebieten oder verbieten kommen / Hand an jemandes legen / oder  
gefänglich hinweg führen sol / &c.

### XIV.

Limitatur II. in feudo. c. ex transmissa X. de for. compet. c.  
caterum. X. de judic. Gloss. Lehnr. cap. 2. vers. Ihr sollet wissen  
dass ein Pfaff / &c. late Curt. Jun. tract. feud. part. princip. 7. n. 15  
Bocer. class. 5. disp. 21. thes. 36. Gail. d. obs. 37. n. 3. Mynd. d. obs. 22.  
n. 5. Marant. d. distinct. 11. n. 73. Schneidvv. de feud. part. 1. n. 6.  
Borcholt. de feud. cap. 10. n. 24.

### XV.

III. In reconventione super re merē civili. Gloss. Landfr.  
lib. 2. art. 12. verb. mag ein jeglicher Mann. Marant. part. 4.  
jud. distinct. 6. n. 53. Gail. d. obs. 37. n. 6. Mynd. cent. 2. obs. 67. n. 7.  
vers. primus est. Bocer. class. 6. disp. 2. thes. 62. Schultz. loc. Cleri-  
qui. n. 8. Rittershus. novell. part. 9. cap. 17. n. 10. Zanger. de except.  
part. 2. cap. 1. n. 133. Emeric: à Rosbach. process. civil. iii. 46. n. 15.  
Hilliger. lib. 17. cap. 18. lit. M. aliter capell. Tholos. decis. 95. n. 3

Ioan:

Joan. de Arnon. in pract. jud. cap. 35. n. 2. ubi in magna curia  
Regni Siciliæ ita practicari attestatur.

XVI.

IV. In crimine Assassinii, quo ipso jure degradatur, &  
per consequens capiendi potestas unicuique conceditur. c. i. de  
homicid. in 6. Marant. part. 4. jud. distinct. 11. n. 67. Everhard. à  
milit. armat. ad cœlest. n. final. vers. item quero. Schultz. d. b. n. 7.

XVII.

V. In casu quo laicus fuit conventus coram seculari ju-  
dice, hæc enim instantia ad hæredem clericum transfertur.  
arg. l. heres absens. 19. in pr. lib. acceptum. 30. l. si is qui Roma. 34.  
ff. de judic. Foller. in addit. ad Marant. part. 4. distinct. 11. n. 79.  
Contrarium tenet Marant. d. tract. part. 5. n. 13.

XVIII.

Nec dissentit Myns. cent. 3. obs. 45. ubi, an lis contesta-  
ta sit à defuncto nec ne, distinguit, nam & nos cum hac dis-  
tinctione id ipsum intelligimus. arg. d. l. lib. accept. jund. l. tamen  
ex contractib. 57. ff. de judic. Licet enim citatio actionis prin-  
cipium sit. l. final. Inst. de pæn. temer. litig. Everhard. à tot. ad  
part. n. 4. Gail. 1. obs. 48. in pr. Marant. part. 6. tit. de citat. n. 1.  
Chil. König in process. cap. 24. n. 1. V Vesemb. in 7. ff. de in jus vo-  
cand. n. 1. Reinking in enarrat. tit. C. de in jus voc. n. 11. Kosbach  
tit. 22. in pr. Joan. de Arnon. pract. cap. 12. n. 1. Iudicium tamen  
à lite demum contestata verè incipit. l. 15. ff. rem. rat. hab. l. 1. C.  
de lit. contest. V Vesemb. in 7. ff. de jud. n. 6. & C. de lit. Contest. in  
pr. & n. 7. Gail. 1. obs. 74. n. 1. Myns. 1. obs. 1. in pr. Marant. d. part.  
6. tit. de lit. contest. n. 1. Joan. de Arnon. pract. cap. 39. n. 2. Hilli-  
ger. lib. 17. cap. 18. lit. G. Zobel. 1. differ. 10. n. 8. König. tit. 60. n. 1.  
Oldendorp. class. 1. act. 12. in pract. n. 3. Treutl. 1. disp. 12. thes. 2.  
ibid. Cl. Dn. Hunn. Praecept. meus pl. colend. in resolut. lit. A Set-  
ser. de jurament. lib. 3. cap. 6. n. 2. Fachin. 11. contr. 81. Kosbach.  
tit. 49. n. 2. Bocer. class. 6. disp. 20. thes. 7. Rittershus. in novell.  
part. 9. cap. 16. n. 2.

His.

## X I X.

397.

His limitationibus addimus denique citationem Mynsent. 2. obs. 67. n. final. vers. 3. Nam & privilegiatus in dubio ad citationem factam coram non suo comparere & privilegium allegare debet. l. si quis. s. ff. de judic. l. 2. in pr. ff. si quis in ius voc. Gail. 1. obs. 48. n. 8. Hilliger. lib. 17. c. 10. lit. I. Curt. de fœd. part princ. 7. n. 4. V Vesemb. in π. ff. d. tit. n. 1. Capell. Tholos. de cīs. 165. n. 3. Bocer. class. 6. disp: 13. th. 7. Rödig. tit. 38. n. 2. Gœdd. de sequestr. possēß. cap. 1. n. 5. Dissent. Everhard. à milit armat. ad cœlest: n. 17. vers. est autem hæc, &c. Piures limitationes vide apud DD. allegatos.

## X X.

Seculare forum, in quo causæ seculares tractantur, rursus in regulare & irregulare non incommodè dividi potest, ita ut regulare sit, quod ex communi DD. tradito quatuor modis constituitur. c. fin. X. de for. compet. DOMICILIO nempe. arg. clem. Pastoralis. de sent. & re judic. l. heres absens. 19. s. final. l. 2. s. legatis 3. ff. de judic. CONTRACTU. c. 1. s. contrahentes. de for. comp. in 6. l. argentarium. 45 ff. de judic. DELICTO. l. 1. l. 2. & auth. Quia in provincia. C. ubi de crimin: l. si cui 7. s. final. ff. de accusat: l. 3. ff. de offic: Präsid. Et RE. c. sanè X. de for. compet. l. quod legatur 38. ff. de judic. l. final. C. ubi in rem act: l. un. C. ubi de hered: &c. Preusch Landtr. lib. 1. tit. 10 per tot. V Vesemb. in π. ff. de jud: n. final. & C. de juris d. n. 4. Rittershus in novell: part. 9. cap: 10. n. 14. Vult. 2. Iurispr. Rom: 1. n. 42. & seqq: Treutl. 1. disp: 3. ibes: 8. ibid. Cl. Dn. Hunn: &c. in resolut. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 4. Hillig: lib. 17. cap. 12. lit. A. Colleg: Argent. lib. 5. tit. 1. n. 203. Bocer. class. 6. disp. 2. ibes: 53. 55. 56. Rosbach. process. civ. tit. 3. n. 51. Gail. 2. obs. 36. n. 12. & 14. & obs: 1. n. 4. eod. lib. 2. & 1. obs: 37. n. 4. & de pign. cap. 14. n. 4. Everhard. à contract. ad quasi n. 1. & à contract. ad distract: n. 3. & à delict. ad contract. n. 1. Rauchbar. 1. quest. 50. n. 2. & 3. Gœdd. ad l. provinciales. 190. n. 3. ff. de V. s. Farinac: de Inquisit. quest. 7. in princ.

B

Quod

XXI.

Quod attinet DOMICILIUM, triplex illud est, Naturale, Accidentale & communis, sive quod idem, Originis, Habitationis & Imperii. Gail. 2. obs. 36. n. 3. & seqq. Hilliger. lib. 17. cap. 12. lit. B. & cap. 13. Rittershus. d. cap. 10. n. 15. Paulo aliter Gœdd. ad l. in Lege censoria. 203. n. 2. & Cl. Dn. VVegner, &c. n. 4. ff. de V. S. Quorum primum illud dicitur unde aliquis oriundus est & natus. Et hoc rursus proprium vel impro prium. Illud originem naturæ sive sanguinis, hoc vero fictionis civilis concernit, nempe manumissionis & adoptionis. l. 1. in pr. l. 6. in fin. l. libertus. 17. ff. ad municipal. l. cives. 7. C. de incol.

XXII.

Nobis autem, explosis illis veterum manumissionibus & adoptionibus, cum primis de domicilio originis naturæ sermo est, quod immutabile censetur & perpetuum. d. l. assumpcio. 6. in pr. ff. ad municipal. l. penult. ff. de Senator. l. origine. 4. C. de municip. & originar. l. 1. ff. de decurion. l. & qui originem. 3. in pr. ff. de munerib. & honorib. Gothofr. ad d. l. assumpcio. Gail. d. obs. 36. n. 5. & 6. Gœdd. ad l. provinciales. 190. n. 4. ff. de V. S. ibidem & Cl. Dn. VVegner. &c. n. 2. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 25.

XXIII.

Hoc tamen limitatur de consuetudine hodierna Germaniæ, quam originarius, quam primum juri civitatis, quod plerisque in locis cum onere der Nachstewr fieri solet, renunciaverit, & aliò domicilium animo ibidem habitandi transstulerit, omnia jura & privilegia civitatis originariæ perdit. Gail. d. loc. n. 7. Hillig. lib. 17. cap. 12. lit. M. Colleg. Argent. d. loc. n. 207. Zanger. d. cap. 1. n. 28. Rosbach. process. civ. tit. 3. n. 10. id est procedit non solùm quo ad jurisdictionem, verùm quoque quoad munera, etiam personalia. arg. l. fin. §. hac omnia. 28. ff. de munerib. & honorib. Gail. d. obs. 36. n. 10. Dissent. Colleg. Argent. lib. 5. tit. 1. n. 206. Zanger. d. cap. 1. n. 25.

De

398.

XXIV.

De illo tamen dubitari potest, an hoc domicilium quoad jurisdictionem, eadem, ut dictum, observantia ita planè sit sublatum? Sanè si quis, ut quidam volunt, adhuc in loco originis, si nempe ibi inveniatur, conveniri possit. Gail. d.l. n. 11. Rittersh. part. 9. c. 10. n. 16. Koßbach. sit. 3. n. 10. nullo alio quām ipsius originis intuitu fiet. Necesse est enim ut ex aliqua ratione jurisdictione fundetur, quæ tamen dari potest nulla, nisi origo, ut ex sequentibus patebit, ut pote ex quibus fundandæ jurisdictionis modis extraneus non minus quām originarius forum sortiri solet. Quod cūm valde incongruum videatur, rectè hæc sententia per dictam generalem Germaniæ consuetudinem rejicitur. Colleg: Argent: d.n. 207. Zang: d.n. 28.

XXV.

Quicunque igitur constituto hoc modo alibi domicilio in loco originis convenitur, exceptione incompetentia siue fori declinatoriæ uti, adeoque domum revocare potest. Zanger. d. cap. r. n. 28. Colleg. Argent. d. tit. 1. n. 208. nisi renunciatio hæc lite pendente fuerit facta: Tunc enim finiri debet judicium ubi initium accepit. l. 7. l. 30. ff. de judic. l. cum quedam. 19. ff. de jurisdictione.

XXVI.

Accidentale domicilium dicitur ubi aliquis est incola. l. cives. 7. C. de incol. unde quoque habitationis appellatur. Gail. d. obs. 36. n. 3. Rittershus. d. cap. 10. n. 17. Et censetur, quando aliquis aliquo in loco rerum suarum constitutionem facit & familiam alit. text. l. in Lege censoria. 203. vers. sed etiam de re. de V. S. l. 1. §. domus. ff. de agnosc. & alend liber. Menoch. de A. I. lib. 2. casu. 86. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 10. 11, 12. Göedd. ad d. l. 203. n. 2. & Cl. Dn. VVegner, &c: ibid. n. 4. de V. S. Gail. d. obs. 36. n. 3. Koßbach. process. civ. tit. 3. n. 11. Rittershus. novell. d. cap.

B 2

10. 11.

20. n. 17. Hillig. cap. 12. lit. D. Cl. Dn. Hunn. in resolut. Treutl. 1.  
disp. 3. thes. 8. lit. D. quæst. 51.

### XXVII.

Hoc totum cum ab arbitrio & voluntate constituentis  
pendeat, pro libitu mutari, eiꝝ renunciari potest. l. nihil. 31.  
ff. ad munic. Gail. d. obs. 36. n. 4. Hillig. d. cap. 12. lit. M. Eo ipso,  
quando domicilii constitutio & bona ad alium locum trans-  
portantur. l. assumptio. 6. §. 2. l. 20. ff. ad municip. animo tamen i-  
bidem habitandi & permanendi. Nam sola domus possesso  
domicilium non facit. l. I. 7. §. 13. ff. d. tit. Hillig: d. cap. 10. lit. C.  
quemadmodum nec discessus ad tempus illud ipsum muta-  
re dicitur. l. cives. 7. C. de incol. arg. l. si quis. 8. ff. de condit. &  
monstr. arg: c. is qui. de sepult: in 6.

### XXVIII.

Quæ cum ita sint, etiam pluribus in locis domicilium  
habitationis aliquis habere potest, licet non absq; difficul-  
tate. c. ex parte. X. de for. compes. d. c. cum quis. de sepult. in 6. d. l. as-  
sumptio. 6. §. 2. l. eius. qui 27. §. 2. ff. ad municipal. Zanger: d. cap. 1.  
n. 34, 35.

### XXIX.

Hinc ex consensu matrimonium constitente est, quod  
uxor sequatur domicilium & forum mariti, etiam post eius  
obitum vidua. l. un. C. de mulierib. in quo loc. Gail: 2. obs. 8. n. 10.  
Hillig: d. cap. 12. lit. L. Zanger. d. cap. 1. n. 23. 24. & 37. Setser. de  
jurament. lib. 2. cap. 9. n. 1 & 2. Cöler: decis. 65. Zobel: 2. differ: 24.  
n. 3. ubi etiam art. 45. lib: 1. Landtr. qui obstat videbatur de  
jure Saxonico, ex interpretatione consuetudinis, secundum  
hanc sententiam intelligendum dicit.

### XXX.

Non tamen ad constituendum hujusmodi domicilium,  
focum & ignem tenere, aut jus civitatis acquisivisse sufficit,  
cum utrumq; absq; domicilii constituendi animo fieri possit.  
arg: l. Lex Cornelia. s. 5. domum. 2. ff. de injur. arg. l. 27. §. 2. in fin.  
ff. ad municip. latè Zanger: de except. d. cap. 1. n. 8.

Præter-

## XXXI.

Præterquam etiam quod judicis arbitrio relinquendum, utrum tempore decennali domicilium contractum præsumatur. Zanger. d. cap. n. 18. maximè hoc obtinet in studioso, qui potius studiorum quam domicili contrahendi causâ commorari præsumitur. arg. auth. Habita. C. ne fil. pro patr. ibi. qui studiorum causa. &c. Hilliger. d. cap. 12. lit. E. Quoniam accidens in statu antiquo persistere præsumitur, nisi mutatio probetur. l. 22. ff. de probat. arg. l. in final. 11. ff. fin. regūd.

## XXXII.

Cæterum in loco domicilii huius recte aliquis conveniri potest, l. fideicommissum. 50. in fin. ff. de judic. l. 2. C. de jurisd. omn. jud. Preusch Landtr. lib. 1. tit. 10. §. 5. sive ibi inveniatur, sive non. Rosbach. tit. 3. n. 11. Gail: 2. obs. 36. n. 12. Rittershus. d. cap. 10. n. 17. Bombergus.

## XXXIII.

Quod itidem, ut supra, ampliatur, etiam si post instantiam cæptam domicilium hoc mutatum sit, nihilominus lis ibi finiri debeat ubi incepit. c. proposisti. X. de for. compet. l. ubi acceptum. 30. ff. de jud. arg. l. us qui se. 25. ff. de rei vindicat. Gail. 1. obs. 32. n. 6. & d. obs. 36. n. 13. & de Arrest. cap. 11. n. 7. Zanger: d. cap. 1. n. 31. Rosbach. d. tit. 3. n. 12. Quæ ampliatio rursus ampliatur, ut nec Imperator cauſam in Camera cæptam avocare possit. Ord: Cam. part. 2. tit. 35. daß dem Cammergericht sein Starcker lauff gelassen werde. R. 21. zu Augspurg de An: 1548. s. folgends aber in fin. Reinkind: de regim: scul. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 14. n. 11. Gail: 1. obs. 41. n. 3.

## XXXIV.

- Domicilium commune olim fuit Roma. l. si duæs. 6. §. Roma. 11. ff. de excusat. tut. l. final. in pr. ff. de interdict. & relegat. l. Roma 33. ff. ad municip. Hodie vero sedes Imperatoris. Hilliger. lib. 17. cap. 13. lit. A. Rittershus: d. cap. 10. n. 19. unde & domicilium Imperii appellatur. Gail: d. obs 36. n. 3. ita dictum,

quod omnes Imperio subjecti recte ibidem convenirentur:  
Quo sensu commune harum provinciarum domicilium non  
incepit aulam Regiam Poloniæ dixeris. vid. in arg. Hilliger.  
d. cap. 13. lit. B.

XXXV.

Hanc cum propter motus bellicos sàpè mutaret Imperator, eamq; postea litigantes non sine magnis expensis ac litium protractione sequi necesse haberent, & inde ipsarum multitudine ex crescere, Anno 1495. Instituta est à D. Maximiano I. tunc temporis Rom: Rege, consentientibus ita Imperii statibus, Camera Imperialis. R. A. zu Wormbs/ sub tit. Ordnung der Römischen Königlichen May: Cammergerichts. Gail. 2. de P. P. 1. n. 28. Dom Arum: discurs. jur. publ. 10. in pr. Reinking. lib. 2. class. 2. cap. 14. n. 5. 6. Heig: 1. quest. 9. n. 5. Eique jurisdictione cumulative concessa, quemadmodum per rationes dubitandi & decidendi eleganter & plenè tradit, inq; hanc sententiam autoritates 25. practicorum camerallum allegat Paummeister. 2. de jurisd. 6. n. 30. & seqq: adde Zobel: 1. differ. 2. n. 5. Borcholt. de feud. cap. 10. n. 2. Heig: d. quest. 9. n. 12. & seqq: Reinking. d. cap. 14. n. final. Hilliger. lib. 17. cap. 9. lit. N. Zang: de except. part. 2. cap. 3. n. 3. Arum: d. discurs: 10. Lichenthal. politic. exercit. 8. quest: 7.

XXXVI.

Unde Imperatorem quoad jurisdictionem contentiosam repräsentat, eiusq; Sigillo utitur. Myns. 4. obs. 5. Gail. 1. obs. 29. n. 3. Rauchbar. 2. quest. 11. n. 144. Heig: d. quest. 9. n. 16. Borcholt. d. feud. d. cap. 10. n. 2. Setser. de jurament. lib. 3. cap. 3. n. 5. Reinking d. cap. 14. n. 9.

XXXVII.

Et propterea omnes Imperii cives in ea non minùs quam coram Imperatore conveniuntur, tam mediati, non solum in appellationis instantia, nisi medius privilegium non

400.

non appellandi habeat, maximè intra certam summam,  
sed etiam omisso medio judice. Gail. 1. obs. 1. per tot. Myns. 1.  
obs. 4. 90. 91. 97. &c. passim. Rauchbar. 1. quest. 13. n. 31, 32, 33.  
quam immediati, nisi privilegio austregarum gaudeant, vel  
causa talis, quæ propriè à solo Imperatore dijudicanda,  
vel alias in Camera non recipiatur, de quibus postea.

### XXXVIII.

Atque eo differt à judicio Rotvvilensi vom Kaiserlichen  
Hoffgericht zu Kornweil. quod hoc ad solum pertineat Imperatorem, ad certa tantum loca restringatur, & appellatio-  
nes ad Cameram Imperialem Spiræ, ubi jam firmiter hæ-  
ret. Ord. Cam: part. 2. tit. daß das Cammergericht hinfür zu  
Speyer gehalten werden sol / admittat. R. A. zu Speyer de  
anno 1570. S. vnd nachdem Vns fürkommen/ &c. Neinfing. d.  
cap. 14. n. 53.

### XXXIX.

CONTRACTUS forum & jurisdictionem inter con-  
trahentes tribuit, etiam si alias nulla ratione subjecti sint.  
b. argentario. 45. in pr. ff. de judic. l. 2. C. de jurisd. omn. jud: quod  
non solum de contractibus, verum etiam de quasi contracti-  
bus intelligendum. arg. l. heres absens. 19. cum seqq: ff. de judic:  
arg: l. 1. C. ubi de ratiocin: Novell: 69. cap. 1. & ubiq. Gothofr. in  
not: Rittershus. novell. d. part. 9. cap. 10. n. 38. & seqq: Hillig. lib.  
17. cap. 14. lit. B. Zanger. part. 2. cap. 1. n. 43. Colleg: Argent: lib. 5.  
tit. 1. n. 220. non item de corundem confirmatione, ut quæ  
nihil novi adjicit. l. si quis in legatione. 8. ff. d. tit. Gail. 2. obs. 1.  
n. 4. Hillig. d. loc. lit. D. Kosbach. process. civil. tit. 3. n. 22. Immò  
etiam de delictis privatis. Colleg: Argent. d. tit. 1. n. 220.

### X L.

Neceſſe tamen hoc casu est, ut in loco contractus in-  
veniantur contrahentes. text: express c. un. S. contrahentes. de  
for. comp. in 6. Colleg. Argent. d. loc. n. 223. Zanger. de except. d.  
cap. 1. n. 48. Kosbach. process. criminal. tit. 2. cap. 8. notab. 2 n. 5. E-  
verhard,

verhard. à contract. ad distract. n. 3. Et tunc remissioni locus  
non est. arg: l. i. ff. de eo quod cert. loc. d. l. heres absens. §. 2. ff. de  
jud. Gail. i. de PP. 16. n. final. Myns. 2. obs. 5. n. 4. Rauchb. i. quest:  
50. n. 17. Everhard. à contract. ad delict. n. 5. Hillig. d. loc. lit. F.  
Treutl. i. disp. 3. thes. 9. ibid. Dn. Hunn. in resolut. quest: 58. Zan-  
ger. d. cap. i. n. 55. Idque propter solvendi commoditatem  
quæ nulli auferenda. §. si quis. 33. Inst. de Act. l. 2. §. 2. ff. de judicio.  
Hoc an & quando ad fidejussiones extendatur. vid. Myns; d.  
obs: 5.

### X L I.

Pari ratione heres, ubi defunctus debuit, convenien-  
dus & defendendus. d. l. heres absens. 19. in pr. ff. de jud. Preusch  
Landfr. lib. i. tit. ro. §. 6. utpote qui in eius universum jus suc-  
cedit, eiusq; personam repræsentat. l. quaties. 9. §. heredes. 12.  
ff. de hered. Instit: l. cum heres. 11. ff. de divers: & tem: prescrip:  
Zanger. d. cap. i. n. 45.

### X L I I .

Fallit tamen prædicta regula. 1. in conventione, ne-  
reus in loco contractus conveniatur. 2. In mercatore ad-  
vena. d. l. heres absens. §. 2. Colleg: Argent. d. loc. n. 223. quod  
rursus limitatur, nisi contrahens eum advenam seu viato-  
rem ignoraverit. Capell: Tholos. decis. 103. aut cum eius Fa-  
ctore sit contractum. Zanger. d. cap. i. n. 50. 3. In marito à quo  
dos repetitur. 4. In constituto. 5. In vagabundo. Ritters-  
hus. latè & eleganter d. cap. 10. n. 46. &c seqq: Hillig: obiter lib. 17.  
cap. 14. lit. M. N. Quibus adde 6. nisi actor in loco domicilii  
rei experiri malit, quam in loco contractus, licet ibi reus  
reperiatur.

### X L I I I .

In nundinis etiam propter contractum aliquem ne-  
mo molestari aut arrestari debet. l. un. C. de nund. Hilliger.  
cap. 14. lit. L. prout etiam Lipsia practicatur per Novell. Elect:  
August: 30. part. i. vers: Wir wollen/ Zobel: i. differ. 44. n. 3. & 4.  
Dani-

q. 91.

Daniel Möller. r. semest. 12. Treutl. r. diss. 4. thes. 2. lit. E. etiam si ibidem se solutum quis promiserit, id quod expressè ex d. Novell. const. colligitur ex verb. daß in allen fällen innerhalb der öffentlichen Märkte, &c. ubi casus præcedentes per nundinas restringuntur. Dissent. Treutl. d. loc.

XLIV.

Non minus quoque ex DELICTO forum delinquens sortitur. auth. Qua in provincia. C. ubi de crim: ag. oport. Preusch Landstr. lib. 1. tit. 10 §. 14. Bocer. class. 6. diss. 2. thes. 55. Rittershus: novell. d. cap. 10. n. 56. Treutl. r. diss. 3. thes. 8. lit. f. ibid. Dn. Hunn. in resolut. quest. 53. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 86. Rosbach d. tit. 3. n. 20. Colleg. Argent. n. 232. quod itidem demum verum si ibi reperiatur. Gail. 2. obs. 36 n. 14. Everhard. in topic. à contract. ad delict. n. 4. per ibi allegat. Preusch Landstr. d. l.

XLV.

Nam quod vulgo remissionem ad locum delicti, non solum ex urbanitate, prout vult Gomez. 3. var. resol. 1. n. 87. verum etiam ex necessitate, non obstante consuetudine in contrarium, facienda esse plures DD. statuant, quos magno numero allegat Vult. 2. Iurispr. Rom: 1. n. 43. Treutl. r. diss. 3. thes. 8. lit. F. ibid. Dn. Hunn: quest. 55. & Bachov. in not. Everhard: à contract. ad delict. n. 4. Rosbach. process. crimin. tit. 2. cap. 8 notab. 2. per tot. Zanger. d. cap. 1. n. 90. vers. ex his. Farinac. pract. crimin. de inquisit. quest. 7. n. 19. De jure civili maximè affirmandum. l. capitalium. 28. §. famosos. 15. ibi, solatio sui cognatis. &c. ff. de pæn. l. si cui. 7. §. final. ff. de accusat. l. solent. 7. ff. de cuestio. & exhibit. reor l. desertarem. 3. in pr. ff. de re militar. auth: si verò C. ad L. Iul. de Adult. Novell: 134. cap. 5. c. si illuc. 23. quest: 4. ibi, ubi animum sanare possit afflicti, &c.

XLVI.

Hodie tamen eiusmodi remissiones minus frequentantur, & proinde si quando jure amicitiae, vicinitatis & benevolentiae, maximè in atrocioribus delictis, fiant, non nisi

C.

ad:

ad literas reversoriales, daß ihrer jurisdiction damit kein eins  
trag geschehen sol/conceduntur. Gail. i. de P. P. 16. n. 31. Rauchb.  
i. quest. 50. n. 25. VVesemb. in w. de requirend. vel absent. damn.  
n. 5. Rittershus d. cap. 10. n. 57. Fachin. 9. contr. 23. in fin. Treutl.  
d. thes. 8. lit. F. Hilliger. Donel. encl. lib. 17. cap. 16. lit. I.

#### XLVII.

Et illo jure remissiones non solum ab initio locum ha-  
bent, verum etiam quando initium processus jamjam est  
factum. Rittershus d. cap. 10. n. 57. Kōßbach. process. criminal. d.  
cap. 8. notabil. 2. n. 6. Hillig: lib. 17. cap. 16. lit. B. & K. Bachov. in  
not. ad Treutl. i. disp. 3. thes. 8. lit. f. Dissent. Fachin. 9. contr. 21.  
Farinac. de inquisit. d. quest. 7. n. 24. Quid autem de constitu-  
tione Saxonica, sub tit. daß man die Ubelthäter/ so in den  
Emptern verbrechen/ oder entwerden/ wieder in die Emper-  
ter folgen lassen sol/ sentiendum sit, vid. Rauchb. i. quest. 50.  
n. 26 Hunn: in resolut. i. disp. 3. thes. 8. quest. 55. Kōßbach. process.  
crim. d. loc.

#### XLVIII.

Jure Saxonico antiquo ad præsens factum in continen-  
ti judicandum olim eligebatur Gogravius art. 55. 56. 57. 58.  
lib. i. Landtr. & Weichb. art. 47. in gloss. & gloss. Lehnr. cap. 61.  
in fin. ita dictus, daß er gähe Noth oder Thaten richtet/ Landtr.  
d. art. 56. qui licet electus fuerit à privatis, suam tamen ha-  
buit jurisdictionem à Principe hanc electionem conceden-  
te, quâ de re plura qui vult allegatos juris Saxonici locos  
videre potest.

#### XLIX.

Finaliter tamen ad forum ex delicto notandum, quod  
ad Cameram Imperialem caussæ criminales neq; per quere-  
lam simplicem, neque per appellationem deveniant. Ord.  
Cam. part. 2. tit. 28. §. Item nachdem auch/ &c. R. A. zu Augs-  
burg. de anno 1530. §. item als jetzt ezliche Zeit/ &c. Gail: i.  
obs. 1. n. 27. 38. Mynt. 4. obs. 41. Rutger Rulant. de commiss. part. i.  
lib

967.

lib. 2. cap. 3. Rauchbar. 2. quæst. 8. n. 47. Reinkind. de regim: Sec. & Eccles: lib. 2. class. 2. cap. 14. n. 31. Dissent. Petr. Frider. Min- dan. in tract: de process. in Camer. extrah. lib. 1. cap. 9. quem re- futat Reyger. in addit. ad d. obs. Myns. 41. Rulant. d. loc.

L.

Limita tamen hanc regulam. 1. in querela nullitatis super facto criminali. Ord. Cam. part. 2. tit. 23. 5. item nach dem auch vers. doch da sich jemand an dem Cammer Ges- richt/ &c. Myns: 4. obs. 42. Gail. d. obs. 1. n. 28. Rulant. d. cap. 3. n. 2. Reinkind. d. cap. 14. n. 35. 2. in caussa fractæ pacis. Ord. Cam. d. part. 2. tit. 9. Gail. d. obs. 1. n. 2. & obs. 3. in pr. lib. 1. Myns. 3. obs. 40. in fin. Reinkind. d. cap. 14. n. 31. Rulant. d. n. 2. Rauchbar. d. quæst. 8. n. 49. 3. In personis Cameralibus. Ord. Cam: part. 1. tit. 50. 5. Weiter/ so sich/ &c. Myns: 5. obs. 52. Rulant. dict. loc. Reinkind.. d. cap. 14. n. 32. 4. in multis. Myns: 4. obs. 41. Reinkind. d. n. 31.

L I.

Ad quem porro pertineat cognitio de delicto in con- finio duorum territoriorum commisso, videatur Bocer. de ju- risd. cap. 9. n. 12. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 238. Gerhard: exercit. Justin. decad. ulti. thes. 8. Borcholt. ad cap. qua sint regal. n. 26. lib. 2. Feudor. Dom. Arumi: de jur. publ. discurs. 13. quæst. 13. Farinac. de inquisit. quæst. 7. n. 44. & seqq. Colleg: Argent. lib. 5. tit. 1. n. 232. Preusch Lander. lib. 1. tit. 10. §. 16. vers. hierinnen ordnen/ &c. An item captum Magistratus per alterius terri- torium illo non requisito ducere possit, tradit Reinkind. d. tract. lib. 2. class. 2. cap. 17. n. 93. & seqq.

L II.

Restat dicendum de foro ratione REI controversæ. Et- enim sive rei vendicatione, &c. sive interdictis, &c. agatur, sive itidem res sit mobilis sive immobilis, actiones ibi in- tentandæ sunt, ubi illa res litigiosa sita est. l. 38. ff. de jud. l. ult. C. ubi in rem act: l. un. C. ubi fideicom. pet. l. un. C. ubi de hered. agat.

C 2

Zan-

Zanger: de except. part. ex cap. 1. n. 96. & seqq. multis. confer. Hilliger. lib. 17. cap. 11. 13. & 17. Colleg: Argent. lib. 5. tit. 1. n. 234. & seqq. Preussch Landr. lib. 1. tit. 10. §. 3. q. Nisi forte reus ad eum in loco domicili agenti non opponat privilegium fori, tunc enim in judicem domicilli super illa re consensisse, & favori pro se introducto renunciasse censetur. Hillig: d. cap. 17. lit. D. Rittershuf. novell. pars. 9. cap. 10. n. 32.

LIII.

Quod si res mobilis alium in locum translatata sit, poterit restituiri vel ubi petita est, vel ubi extat secundum distinctionem. I. si res. 10. cum duab. seqq. ff. de rei vindicat.

LIV.

Intelligimus autem hinc propriè quando de re agitur actione in rem: Personales enim quibus ad rem agitur, vel in foro domicilii aut contractus proponendæ. Colleg: Argent. n. 234. Zanger: d. loc. 94. ubi plenius vide, ubi de hereditate, fideicomisso & possessione agi oporteat, &c.

LV.

Et hæc ita procedunt, si res allodialis sit. Si enim feudalis, controvertitur vel de feudo Regali vel non Regali. Priori casu solus Imperator judicat. Ord. Cam. pars. 2. tit. Wie vmb Fürstenthumb / Graffschafft ic. in Recht gehandelt werden sol. arg. Aur. Bull. tit. Von Rechten des Pfalzgraffen vnd Herzogen zu Sachsen ibi. ausgenommen der Fürsten Fahnlehen. tit. 34. in princ. lib. 2. Feud. & tit. 18. in princ. lib. 1. ibi. Gothafr. in not. Colle: Arg. d. tit. 1. n. 275. Treutl. 1. diss. 12. thes. 7. lit. A. Curt. Jun. de feud. part. princ. 7. n. 2. Gothafr. Anton. diss. feudal. 14. thes. 1. lit. B.

LVI.

Nam quod dicitur Jurisdictionem Cameræ hoc casu ex præventione fundari posse. Gail. 1. obs. 29. n. 3. Zobel. 1. diff. 2. n. 5. Intelligitur solum de feudo Imperii, non tamen Regali seu majori. Gail. d. obs. 29. n. final. Borcholt. de feud. cap. 10. n. 3.

703

n. 3. & 4. Schneidvvin: de feud. part. 9. cap. 1. in not. lit. B. Bocc.,  
class. 5. disp. 21. thes. 34. lit. C. Heig: 1. quast. 9. n. 41. Zanger. cap. 3.  
n. 3. part. 2. tract de except.

### LVII.

Posteriori casu his est vel 1. inter seruos vasallos, vel 2.  
inter Dominum & Vasallum, vel 3. inter Vasallum & ex-  
traneum, vel 4. inter Dominum & extraneum, qui quatuor  
casus principales ad sequentia notandi.

### LVIII.

Primum quod attinet uterque Vasallorum vel 1. certus  
est, & Dominus judex erit. tit. 55 §. ult. vers. præterea si inter  
lib. 2. Feud. Curt. Jun. tract. feudal. part. principal. 7. n. 3. & 4.  
Schneidvv. de feud. part. 9 cap. 1. n. 3. Treutl. 1. disp. 3 thes. 8. lit. b.  
Idque ampliatur, etiam si saltem de parte feudi controversia  
sit. Curt: d. n. 4. Schneidvv. d. cap. 1. n. 3. & 20. Limitatur ta-  
men in termino suspicionis, quo, rejecto Domino, parcs cu-  
riæ cognoscunt, si quos habet, fin minus, ordinarius loci  
ad eundem, vel arbitri eligendi. Schneidvv. d. cap. 1. n. 20. ubi  
in seqq: rursus hanc limitationem in Imperatore per ratio-  
nes ibi traditas limitat.

### LIX.

Vel II. alter est certus, alter vero ambiguus, aliud ta-  
men feudum à controverso diversum possidens, & hoc casu  
controversia coram paribus dirimenda: text. est. in c. de Lege  
Corrad. in pr. in 2. resp. Curt. Jun. d. n. 4. Schneidvv. d. cap. 1. n. 4.  
& ita intelligendum est. c. apud quem vel quos in pr. tit. 18. lib.  
1. Feud.

### LX.

Vel III. Uterque est ambiguus, & contendunt vel de feu-  
do noviter concessso, quo casu ad ordinarium vel arbitrum  
communi consensu electum res dijudicanda pertinet. tit. 34.  
in pr. & tit. 46. in pr. lib. 2. Feud. vel antiquo, & tunc Dominus

204  
cum suis paribus judicat. Schneidvv. d. cap. i. n. s. Curt. Jur. d. part. 7. n. 6. adde Fachin. 7. conir. 101.

### LXI.

Secundo casu principali, quando lis est inter Dominum & Vasallum, tunc hic i. vel indubitatus est & certus, quo casu pares curiae cognoscunt aequo numero ab utroq; electi. tit. 16. tit. 39. s. si inter. lib. 2. Feud. Zobel. d. differ. 2. n. s. In Ducatu Prussiae per Principem eligendi, per vasallum approbandi vel reprobandi Recess. Comm. Ann. 1609. in privil. fol. 104. Quod itidem obtinet, quando nec hi suspecti sunt, alias enim cognitio ad ordinarium loci pertinet. Borcholt. de feud. cap. 10. n. 11. Quod adeò verum est, ut nec per consuetudinem electio parium soli Domino simpliciter tribui possit. Gail. 2. obs. 34. Borchol. d. cap. 10. n. 10. confer. Myns. cent: 4. obs. 89.

### LXII.

Et quamvis jus feudale Saxonum antiquitus circa constitutionem iudicij feudalis hoc casu variarit. Lehn. tit. 68 vers. Als der Herr. & ibi gloss. Postea tamen idem est factum cum jure communii feudali. Novell. constit. Elect. August. 27. part. i. Zobel. d. differ. 2. n. s. in fin.

### LXIII.

Vel II. ambiguus, nec aliud feudum nisi controversum habens, quo casu ad ordinarium loci recurrentum. Myns. cent. 1 obs. 99. n. 4. Curt. Jun. d. part. 7. n. s. Borcholt. d. cap 10. n. 21. Dissent. Bocer. class. 5. disp. 21. thes. 27. per text. tit. 39. s. si inter lib. 2. Feudor.

### LXIV.

Postremis duobus casibus principalibus regulariter ordinarius loci judex cognoscit. Bocer. d. disp. 21. thes. 39. Licet enim Dominus Feudi & pares ordinariam jurisdictionem in causis feudalibus à Lege habeant. Gail. I. obs. 1. n. 55. Curt. Jun. d. part. 7. n. 28. tamen certis limitibus est circumscripta,  
extra

904.

extra quos evagari nequit. Myns. d. obs. 99. Borcholt. d. cap.  
10. n. 35.

### LXV.

Prædictæ autem regulæ procedunt, quando contrarium non est consuetudine receptum, aut privilegio constitutum, ut alius cognoscat, quemadmodum controversiarum feudalium decisionem in Ducatu Mediolanensi regulariter ad Parliamentum pertinere, asserit Curt. d. part. 7. n. 13. Go post cum. Borcholt. d. cap. 10. n. 32. In terris item Saxoniciis ad judicium curiale Lipsiense. Ord. jud. Cur. Lips. sub. tit. Wer für das Hoffgericht möge geladen werden. Et VVitebergense. Ord. jud. Cur. VViteberg. sub cod. tit. testatur. Zang. de except. pars. 2. cap. 1. n. 105. in med. In Ducatu Prussiæ actor judicium vel aulicum vel parium eligit. d. Reces. fol. 104.

### LXVI.

Hic finaliter ad præcedentia notandum I. Pares curiae esse, qui ab eodem Domino feudum tenent. tit. 26. in princ. cum. 5. si quis. lib. 1. Feudor. licet non eiusdem cum controverso dignitatis & qualitatis. Myns. cent. 4. obs. 89. n. 3. Fachin. 7. contr. 102. Curt. Jun. d. part. 7. n. 34. Borchol. d. cap. 10. n. 7. cum enim jus feudale in hoc passu non distinguat, standum potius generali juris communis dispositioni. cap. un. tit. 1. lib. 2. Feud. quod hoc ipsum non requirit. arg. l. cum Praetor. 12. ff. de judic. Quamvis olim secus fuerit de jure Saxonico. Landtr. lib. 2. art. 12. ibi. Er sey ihnen dan ebenbürtig. Zobel. 1. differ. 1. n. 11.

### LXVII.

Nec II. Interesse utrum laicus vel clericus Dominus coram clericis vel laicis paribus, & vice versa conveniantur. vid. qua allegavi supra thes. 14. adde c. verum X. de for. compet. III. Dominum in electione parium habere prærogativam. text. tit. 16. lib. 2. Feud. Schneidvv. d. cap. 1. n. 23. Gothofr. Anton: disp. feudal. 14. thes. 3. lit. c. Myns. cent. 4. obs. 89. n. 5. junge.

ZQ

Zobel: 1. differ. 2. n. 5. IV. Pares ad judicandum cogi posse.  
Bocer. class. 5. disp. 21. thes. 30. Gothofr. Anton. disp. feud. 14. thes.  
2. lit. E. Dissent. Zobel. d. differ. 2. n. 3. & 6.

LXVIII.

Coronidis loco incidenter quæro, an Vasallus Domini  
num sine venia in jus vocare possit? Nobis affirmativa pla-  
cet, cum Myns. cent. 4. obs. 92. Gail. de pignorat. obs. 15. n. 4. Fa-  
chin. 10. contr. 89. Rittershus. novell. part. 9. cap. 11. n. 17. Rein-  
sing. in enarrat. tit. C. de in jus vocand. à m. 41. per mult. seqq. Rut-  
ger Rulant. de commiss. part. 2. lib. 2. cap. 11. n. 40. Gothofr. An-  
ton. disp. feudal. 7. thes. 2. lit. A. & disp. ult. thes. 1. lit. B. Reyger:  
in addit. ad d. obs. Myns. 92. Borchoit. de feud. cap. 10. n. 38. Clar.  
S. feudum. quest. 25. Everhard. à Libert. ad Vasall. n. 15. Schneid-  
vvin: de feud. part. 5: n. 116. & ad S. panales quoq. 12. n. 45. Insti-  
de Action. Dissent. Treutl. 1. disp. 4. thes. 6. lit. c. ibid. Du. Hunn.  
in resolut. quest. 26. vid. Bachov: in not. V Vesemib: in w. ff. de in-  
jus vocand. n. 6. Oldendorp. class. 1. att. 4. quest. 4. n. 5. Bocer. class.  
4. disp. 8. thes. 12. lit. c. & class. 6. disp. 13. thes. 51.

In laborem hyemalem.

R E S P O N D E N T I S.



Vid si hyemalis hic est labor, ecquis quas o-  
(futurus)

Æstivus tandem Bartholomae labor?  
Dicam; Hyeme inquiris speculando, Pra-  
(ctica quas sint)

Jura Fori, hæc Æstas, gratulor, ecce dabit.

Henricus Bartling,  
V Vesph.

94 A 7383

ULB Halle  
002 133 822

3



VD 17



**Farbkarte #13**



B.I.G.

Labor Hyemalis juridicus primus  
five  
**DE FORO COMPETENTI**

DISPUTATIO PRIOR

Tractans

**DE FORO REGULARI**

Quam

DEO clementer annuente

ET

Permissu Magnifici Jureconsultorum, in inclita  
Regiomontana Borussorum Academia ordinis.

SUB PRÆSIDIO

**Dn. HENNINGI VVEGNERI,**

U.J.D. ac Professoris primarii, præ-  
ceptoris ac fautoris sui pl. honorandi

Publicè examinandam proponit

**Bartholomäus Drachstedt**

Hall. Sax.

ad diem 28. S. N. Mens. April.

in Auditorio solenni.



**REGIOMONTI,**  
**Typis Osterbergerianis, Anno 1623.**